Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Terentii Andria Germanice Reddita et Scholijs illustrata. Ioann. Agri. Isleb. Avtore

Terentius Afer, Publius

Berlin, 1544

Actvs tercii scena prima

urn:nbn:de:bsz:31-129051

Visual Library

ACTVS TERCII. SCENA. PRIMA.

SENARII.

MYSIS ancilla. SIMO ſenex.
DAVVS ſeruus.
LESBIA obſtetrix
GLYCERIVM meretrix

Ita pol quidem res eſt, dixti Lesbia.
Fidelem haud ferme mulieri inueni-
as virum.
Si. Ab Andria eſt ancilla hæc. quid nar-
ras? DA. ita eſt.
MY. Sed hic Pamphilus Si. quid dicit?
MY. firmauit fidem Si. hem.
DA. Vtinam aut hic ſurdus, aut hæc
muta facta ſit.
MY. Nam quod peperiſſet, iuſſit tolli.
Si. O Iupiter.
Quid ego audio? actum eſt, ſiquidem
hæc vera prædicat.
LE. Bonum ingenium narras adoleſcē-
tis. MY. optimum.
Sed ſequere me intro, ne in mora illi ſies
LE. ſequor.

DA. Quod remedium nunc huic malo inueniam? Si. quid hoc?
Adeon eſt demens. ex peregrina? iam ſcio ah,
Vix tandem ſenſi ſtolidus. DA. quid hic ſenſiſſe ſe ait?
Si. Hæc primum adfertur iam mihi ab hoc fallacia.
Hanc ſimulant parere, quo Chremetem abſterreant.
G. Iuno Lucina fer opem ſerua me obſecro.
Si. Hui, tam cito? ridiculum. poſtquã ante oſtium.
Me audiuit ſtare, adproperat. non ſat commode:
Diuiſa ſũt temporib. tibi Daue hæc Da. mihin.
Si. Num immemor es diſciplis? Da. ego quid narres neſcio.
Si. Hiccine me ſi imparatum in veris nupcijs.
Adortus eſſet, quos mihi ludos redderet?
Nunc huius periclo fit. ego INPORTVNA VIGO.

ACTVS